

PSITTACUS AUGUSTUS.



CHARACTER GENERICUS.

Rostrum aduncum ; mandibula superiore mobili ; cera instructum.

Nares in rostri basi.

Lingua carnosæ, obtusa, integra.

Pedes scansorii.

Lin. Syst. Nat. p. 139.

CHARACTER SPECIFICUS, &c.

PSITTACUS macrourus cyaneus, rostro pedibusque nigris ; orbitis basi que mandibulæ inferioris luteis.

Museum Leverianum. No. 2. t. 2.

PSITTACUS hyacinthinus.

Lath. ind. orn. p. 84.

In Museo Leveriano asservatur avis hæc rarissima, quæ reliquis fere omnibus psittacini generis mole et magnificentia antecellere videtur. Tota avis est eximie cyanea, nisi quod super frontem et margines remigum levissima sit coloris thalassini tinctura. Superficies inferior alarum caudæque ni-

F

gra

gra est. Rostrum præter solitum magnum validum-
que omnino nigerrimum. Nigrant quoque crura et
pedes, quorum ingens est robur. Orbitæ seu spatia
nuda circum oculos coloris sunt lutei: lutea est
etiam cutis nuda qua mandibulæ inferioris basis cin-
gitur. Partium corporis proportio eadem fere est
cum Psittaco Ararauna. In iisdem quoque Americæ
Australis partibus fortasse generatur. Præter speci-
men quod descripsimus vix aliud in tota Europæ
inveniri dicitur.





THE
HYACINTHINE MACCAW.

GENERIC CHARACTER.

Bill hooked : upper mandible moveable, and furnished with a cere.

Nostrils round, placed at the base of the bill.

Tongue fleshy, broad, blunt at the end.

Feet scansorial.

SPECIFIC CHARACTER, &c.

Long-tailed deep-blue MACCAW, with the bill and legs black ; the orbits and base of the lower mandible yellow.

HYACINTHINE MACCAW.

Museum Leverianum. No. 2. pl. 2.

Lath. ind. orn. p. 84.

This extremely rare bird, which surpasses in the magnificence of its appearance almost all the rest of the Parrot tribe, is preserved in the Leverian Museum. The whole bird is of a very fine deep blue, except that the forehead and edges of the wing-feathers have a slight cast of sea-green. The under

surface of the wings and tail is black. The beak, which is uncommonly large and strong, is of a deep black, as are also the legs and feet, which are extremely stout. The orbits or naked spaces round the eyes are of a deep yellow, as is also the skin round the base of the lower mandible. The general proportions of the bird are nearly the same as those of the *Psittacus Ararauna*, and it is probably a native of the same parts of South America. The specimen now described is perhaps the only one known to exist at present in Europe.